

Concupiscencia c cum fonte primo

Qui uiderit mulierem
et cetera.

Inter passionem et propassionem hoc
interest quod passio reputatur in
uicium, propassio licet inicitii culpam
habeat tamen non tenetur in crimine.
Ergo qui uiderit mulierem et anima eius
fuerit titillata, hic propassione percussus
est. Si uero consenserit et de cogitatione
affectum fecerit, sicut scriptum est in
Dauid: *Transierunt in affectum cordis,*

de propassione transiuit ad passionem et
huic non uoluntas peccati deest sed
occasio. Quicumque ergo uiderit,

id est si sic aspexerit ut concupiscat ut
facere disponat, iste recte
moechatus dicitur eam in corde suo.

Ieronimus super Mattheum libro I.
capitulo XIII.

Qui uiderit mulierem
ad concupiscendum eam, iam moechatus
est eam in corde suo (Mt. 5:28).

Inter πάθος et προπάθειαν, id est
inter passionem et propassionem, hoc
interest quod passio reputatur in
uitio, propassio (licet inicitii culpam
habeat) tamen non tenetur in crimine.
Ergo qui uiderit mulierem et anima eius
fuerit titillata, hic propassione percussus
est: si uero consenserit et de cogitatione
affectum fecerit sicut scriptum est in
Dauid: *Transierunt in affectum cordis*
(Ps. 72:7),

de propassione transiuit ad passionem et
huic non uoluntas peccandi deest, sed
occasio. Quicumque igitur *uiderit*
mulierem ad concupiscendum,
id est si sic aspexerit ut concupiscat, ut
facere disponat, iste recte
moechatus eam dicitur *in corde suo.*

Hieronimus Stridonensis, *Commentarii*
in euangelium Matthaei, 1 (CCSL 77, D.
Hurst & M. Adriaen eds., pp.30-1,
ll.605-617).